

**www.e-rara.ch**

**Erasmi Roterodami responsio ad annotationes Eduardi Lei**

**Erasmus, Desiderius**

**Ex inclyta Basilea, [an. 1520]**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: FL VII 10:1-4/5

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-3668>

Ioannes Sapidus Eduardo Leo Anglo

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

lum & doctorem Petrū belle conueniat, quando in hoc totus est princeps ipse, & huius secretarius Iacobus Sturmus. Salutant te Paulus Volzius abbas, Sapidus ac Phrygio. Bene uale clarissime uir. Selestadij. Postridie Idus Iunias. An. M. D. XX.

IOANNES SAPIDVSEDVAR/  
do Leo Anglo.



Recarer tibi salutem, nisi sic uiderē insanientem, ut nulla sit spes salutis. Nec adhuc apud me statui, utrum debeam indignari tibi Lee leuissime, an misereri. Nam merito indignan̄ om̄es eruditi, bonic̄q; uiri, malevolentiā uirulentissimi p̄cto ris tui, cui nihil magis fuit in uotis, quā infamare nomen illius uiri, cui debent plurimum quicunq; colunt sacra studiorū, cui tu ipse debes ferē quicquid habes literaturā, hoc enim libellus iste tuus per se palā declarat, quantū uis tu abiures. Rurſus nisi scelerator es, quā ut ulla merearis misericordiā, miseresceret me tui, qui dum studes ERASMI nostri gloriā minuere, te ipsum immortalī infamiā consecraſti. Ne credas Therſitae nomē, aut Simonis aut Caligulae, aut Iudae proditoris eſſe inuiliſi & deteſtabiliſi orbi Chriſtiano, quā nomen Eduardi Lei, apud optimū quēq; ac doctiſſimū olim futurum eſt. Dic mihi monſtrum hominiſ, quae Erinnyſ, quae furia inſtigauit te, ut tali libello proderes te mūdo? Si cuius patrem ueneno necaſſes, qui te ſuffixum in crucem uellet, an nō maluſſet hoc ſupplicium, ut ipſe carnifex eſſes tui ipſius? An non putas grauiorem eſſe morte aeternā infamiam? Quis Archilochuſ? Quis Theon auſuſ fuiſſet te talem depingere, qualem te pingit iſte libelluſ? Illic tanquā in tabula uideamus om̄es expreſſiſſimā imaginē hois fucatiſſimi, glorioliſſimi, iactantiſſimi, uſq; ad inſaniam ſibi placentiſ, mendaciſſimi, effrontiſ, excordiſ, inuidentiſſimi, malicioſi, rabioliſ, m̄groſi, ſtolidiſſimi, nulliſ doctriſ, nulliſ iudiciſ, nulliſ ingeniſ, niſi ad laedendū, quantū puriſ, quantū ueneniſ habet iſtud pectuſ.

Non opinor



Non opinor te humano sanguine cretum, Tisiphone quædã ex incubone te genuit, pro sanguine inditũ est uenenũ aspidis pro cerebro mera dementia, pro carne stoliditas. Miser miser fatue, audes tu scribere orbi? An putas oēs hoies esse tui si- miles? caudices, aut lapides? Etiã si tibi pro mente suilla fuisset mens humana, si quid fuisset eruditionis, si quid iudiciũ, an nõ ueritus esses inuehi in talem uirum, qui etiã si nõ responderet, tñ non posses effugere tot eruditorũ in te districtos calamos, qui nunc undiq; geistunt te, ut publicum humani generis ho- stem membratim dscerpere. Nimirũ alinus in apes incidisti, experieris, quid sit totum ordinẽ sacra musarũ colentiũ puoca re. Quot modis te facient hi fabulam totius mundi, etiam si iam nũc abunde fabula es, posteaquã plumis alienis cõsarcina tus, in prosceniũ ultro prosilisti cum tuo libello, digno qui p succo cedri, merda totus oblinatur. Atq; utinã hic apud nos esses, quibus xenijs te acciperemus stolidum caput? Tale mō- strum produxit Anglia, quã existimabamus uiris eruditis, ac sapientibus abundare, sic em̃ nobis & libris & sermone persua serat ERA SMVS. Sed mirum non est, si in frugifero agro in ternascatur cicuta, aut anagyris. Quanquã sunt hic qui Anglũ esse negeat, sed à mēdicis suffarcinatis in Angliam deuectum ex Hibernia. Huic opinioni suffragatur ingenium istud tam a marulentũ, tam nihil habens hominis. Sed uis audire consiliũ meum, fac ut quãprimũ te suspendas, alioqui manent te gra uiora, manet te supplicium, atrocius enim stilis confodieris. Et aiunt te sacerdotem etiã esse, tu scelerate tractas corpus Chri sti, tu audes ad mysterium hoc accedere, maliciã plusquã dæ- moniacã tibi conscius, tu uis pereo isto ore, tu faucibus istis tar tareis audes contingere escam illam celestem? Sed nunquã ego credam illic esse sacri quicquã, sed sub speciebus illis nigrũ aliquem diabolum latere, qui tui ius habet, qui te pro sua libi- dine moderatur & agit, uersatq;. ERA SMVS si nos audit, non continget istam scabiẽ, non luctabit cum uirulenta be-



stiola, pro uno libro centum libris operieris, ERASMO se-  
curo, cui post tot labores in publicam utilitatē exhaustos, de-  
betur ocium, debetur hoc officij, ut habeat ppugnatores oēs,  
quibus chara sunt honesta studia. Iam calamum exercent Bea-  
tus, Zasius, Fluttenus, Buschius, Bonifacius, Oecolampadius,  
Philippus Melanchthon, Petrus Mosellanus, Euricius Cor-  
dus, Ionas, Eobanus, Alijꝫ permulti docti omnes. Hos dabit  
Germania. Nec dubito quin ex alijs regionibus alijs sint prodituri.  
Mihī si natura negat, dabit indignatio uersum. Ludimagi-  
ster sum, efficiam ut in omnibus ludis decantetur inuisum. Lei-  
nomen, omēs pueri mei ludent in te uersibus, Atq; utinam es-  
ses id, quod ut sis, dignissimus es, hoc est publica latrina, ut in  
te unum possimus omnia uentris onera deponere, nunc quan-  
do licet conspuemus te scriptis, conspurcābimus te libellis, atq;  
ita te tractābimus, ut sapius sis dicturus apud te. Me miserum  
cur non ante me feci pensilem. Hoc omine salutat te Germa-  
nia. Accipe auem te dignam indoctissime, arrogātissime, mē-  
dacissime, furiosissime, stolidissime Lee.

EVCHARIVS HENNER,  
Hermanno Buschio Pa-  
siphilo suo, S.D.



Neluctabilis est ( ut uideo ) mi Buschi peruersi-  
tas Barbarorū, furorq; planē indomitus, Erasmo  
nostro homini meo iudicio incompatibili in pmo-  
uendis publice, asserendisq; optimis moribus, ac  
studijs infatigabili, Ecce nouus gladiator, cum quo uelut in ha-  
rena cōmittat, post exarmatos tot Lathomos, Eccios, Fabros,  
Atenses, Ecmundanos, denuo repertus est Eduardus. hic Le-  
us, homo quantū coniectura ex libro annotationū illius facere  
possum, praestigiosus, ac uersipellis, & ad has operas, furiosis  
suis sophistis, nauandas accōmodatissimus. Quā facile suas in  
uenerūt labra lactucas? Cui em̄ nō suboleat statim, nisi cui null⁹  
sit omīno